Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39944
Copyright: Melk, Benediktinerstift



vite que nunc est et future. Et infra sequenti
capitulo. Siquis aut aliter docet et non acquiescit
sanis sermonibus domini nostri Jhesu xpi et ei que
secundum pietatem est doctrine et subiungit apostolus multa
mala que ex hoc sequuntur et postea subiungit. Tu
autem homo dei hec fuge. Sectare iusticiam pietatem
fidem caritatem paciam mansuetudinem. Ubi pietas
connumeratur his que necessaria sunt ad salutem. Adhuc
possem adducere de pietate de fortitudine ac
omnibus septem donis plures auctores sed ista
ad presens sufficiant. Qui enim his dictis meis contra
diceret aut auctores allegatas ad aliud tra
heret quam ego intendi idem faceret si plures scrip
turas adducerem. Qui enim non crederet uni
uersali ecclesie quomodo michi crederet. Et dico uti
ecclesie quia probabiliter estimo quod ab initio nascentis
ecclesie hec fuerit sententia quibus quod ∧ dona ff.
necessaria sint ad salutem. Si namque ante
Jeronimum Ambrosium et Augustinum aliqui opposi
tum dixisset ipsi acriter contra illos disputasset
Super sanctum gregorium dum moralia scriberet visus
legitur spiritus sanctus in specie columbe ut ipsum instru
eret de veritate. Qui tamen gregorius sicut et alii
innixus est diuinis scripturis. non enim ex puris
naturalibus illa ∧ dona sunt manifestata.
Nunc procedo ad ea que de beatitudine vera caritas
contra dicta mea obiecit. Et dicitis quod non obstet